



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Octava. Muratio notabilis superveniens. paragrapho octavo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

§. VIII.

OCTAVA CAUSA.

Superveniens mutatio notabilis in Sponsis.

1. EX Doctrina illa universalis, quod pro-
moto intelligitur semper fieri, rebus in
codem statu permanentibus; sit, ut, si contra-
tis Sponsalibus mutatio notabilis superve-
niat in altero ex Sponsis, ipsa, etiam jurata,
non obligent. Ea autem consuevit accidere
in bonis, vel corporis, vel animæ, vel fortuna-
rum, consuevit, inquam, nam cæterum hæc
Regula generalis datur à Doctribus apud
2 Coniunct. Conin. a Ut quories, initis jam sponsalibus,
d. 2. de superaccidat alia quæcumque causa, quæ co-
fons. dif- rum exequutionem reddit notabiliter diffici-
jol. dn. 8. liorem, quæque, si initio fuisset, cordatum
hominem similis conditionis prudenter ab il-
lis avertifuerit, tories cæstis obligatio respectu
illius, cui difficilis redditum est Matrimo-
nium. Atque hanc regulam admittit debere in
b Aver.
qu. 8. de sponsalibus, recte nota Aversa, b quamvis
non admittatur in cæteris contractibus, præ-
fons. se- fserit onerosis; Nam Matrimonium, & con-
14. v. Sex- sequenter eus promissio, requirit maiorem
libertatem, cum sit contractus ex se perpe-
tuus, & indissolubilis.

2. Porro hanc regulam aliquantulum illu-
stremus, ea tria bonorum genera sigillati
percurrentes.

Quoad bona Corporis.

3. Si quis ex Sponsis incidat in morbum in-
curabilem, vel contagiosum, putre, paralyticum,
lepram, morbum Gallicum, si amittat oculo-
los, aures, nares, si fiat claudus, mancus, &c.
Justè alter recedere à sponsalibus potest. Hæc
enim, sicuti retardarent à sponsalibus contra-
hendis, sic excusat à contractis, quamvis ju-
ratis; quia nimis grave est, hæc perpetuo
velle in socio pati; poterit ergo is recedere ab
hoc contractu sponsalium ex se dissolubili,
quod certè non posset, si Matrimonium jam
contractum fuisset de presenti, quod ex se in-
dissolubile est.

4. Tria hic selige, non valde communia.
Primum. Morbi Gallici vehemens suscipio-
causam dat dictæ dissolutionis ipsi Sponso

sano, Ex Pontio. c Adderem ego, idem esse de c Ex Pottio
suspicione ejusq[ue] infirmitatis gravis lib. 12. c.
incurabilis, parenim est ratio. 17. nu. 4.

5. Secundum. Oris gravviolentia, cui ars Me-
dici subvenire nequit, adnumera inter has in-
firmitates valentes modo dicto dissolvere
sponsalia, ex parte alterius benevolentis, ita
Sanch. d approbatque ibidem Pontius, & me- d Sanc. I. 1.
rito, quia illam in tam arcta conjunctione d. 57. n. 2.
tolerare, nimis esset onerosum.

6. Tertium. Quid, si Sponsa tempore spon-
saliū puerissima, deinde notabiliter de-
formis evadat?

Respondeo, etiam propter hanc mutatio-
nem posse sponsalum resilire, docet Castrop.
e & Gasp. f Hurt. Ratio est, quia in materia e Castrop.
Matrimonii admodum estimatur apud ho- l. 1. de spōs.
mines pulchritudo: verum nota illud (nota- pu. 27.
biliter deformis.) f G. Hurt.
d. 2. de
matr. diff.
13.

Quoad bona Animi.

7. Si quis ex Sponsis gravi infamia macu-
letur; si Sponsus fortator, aleator, ebriosus
evadat; si asper moribus, vel admodum Sæ-
vus, potest alter recedere, etiam post jurata
Sponsalia. Rursus, si graves inimicitiae orta-
fuerint inter Sponsorum parentes, dissolvi
possunt sponsalia ex parte utriusque. Quod, si
inter Sponsos ipos gravis inimicitia fuerit
exorta, possunt quidem utrique recedere, sed,
qui fuit causa inimicitiae obligatur prius om-
nia moralia, atque ordinaria remedia adhibe-
re, ad pacem inducendam. Ratio prædicto-
rum eadem est, ac præcedens. Adde, & timo-
rem rationabilem, ne malum exitum Nuptiæ
fortiantur. Hinc sequitur, ut si Tirius v. g. de-
sponsaverit Bertam, nescientibus utriusque
parentibus, immo, & scientibus, unde tamen
factum sit, ut ex utraque parte paretes obsti-
nate contradicant, timeaturque gravis dis-
cordia inter illos, vel inter Sponsos eisdem;
sequitur, inquam, ut alter, etiam altero in vi-
to, se ad alium Matrimonium convertere li-
citè polsit. Ratio est, quia ex tanta opposi-
tione facile est, oriri inimicitias, incommo-
da gravia, & inter ipsos Sponsos non leves
rixas, & discordias. Ne tamen excidat à te
monitio, quam facit Sanchez g, ut scilicet g Sanc. I. 1.
caute in hoc procedas; nani sepe jactantur d. 14. n. 3.
minæ, opponuntur pericula, amplificantur
discordiarum timores, quæ tamen experien-

Ddd 3 tia vi

tia vidit, vana esse, & statim, inito Matrimo-
nio, deferbuisse.

Quoad bona Fortunarum.

8. Si dorem promissam negas, vel negat il-
le, qui promisit, te ab altero deseriri posse, luce
clarior est, est enim datis promissio conditio,
sub qua sunt sponsalia; ergo ea deficiente, et
jam sine culpa promittentis, cessat promissio,
quamvis jurata.

9. Quid, si nulla promissa fuerit dos à
Sponsa divite, quæ deinde post sponsalia in
paupertatem notabilem incurrat?

Respondeo. Quidquid dicant plures apud
^aSanch. ^aCetrum mihi est cum codem Sanc. &
dip. 59. n. cum Castropalao b, & Aversa c alios citanti-
bus, posse Sponsum licet recedere. Ratio est,
^bCastrop. quia, tametsi non fuerit explicitè promissa
d. i. de dos, implicitè tamen fuit. Omnes enim sup-
^cSpons. pu. ponunt, fœminam transire in domum viii
28. n. 3. cum omnibus suis bonis. Addé, hanc esse mu-
^cAver. tationem admodum notabilem, quæ quem-
gu. 8. de cunque vel cordatissimum hominem, a con-
sp. sec. 14 trahendis sponsalitiis, atque adeò à Matri-
V. Quar- monia, prudenter, averteret.
to.

10. Tria communi huic doctrinæ addi vo-
lo. Primum; si timeatur rationabiliter, alterū
ex Sponsis force exhaeredandum, alter refillet
dPont. loc. licet, ut notat Pont. d. quia securus, se is immi-
ci. c. 17. n. teret in periculum sustinendæ paupertatis,
8. atque id ego meritò, propter paritatem ratio-
nis, extendo ad similem rationabilem metum
de furura paupertate fortè alteri ex aliis qui-
buscunque causis provenienda.

11. Secundum. Si rationabiliter timatur,
vel superveniat jam paupertas utrique, uterq;
licet recedit à sponsalibus, quia tanto diffi-
cilius sustineri poterunt onera Matrimonii;
undè hic dari non potest compensatio pau-
pertatis unius cù paupertate alterius. Ita Bon-
nacina, sed Rebellius, & Pontius, neutri licet
^eAver. lo. putant: Aversa e autem prædictos citans, di-
ci. V. Quar. flinguit, atque si propter paupertatem nolit
so circa fi- quis subire onus Matrimonii, licet recedere,
nem. sed si velit contrahere Matrimonium cum æ-
què paupere, illicite recedere à priore. Profes-
tò commoda restrictio, sed illam non pos-
sum admittere, ut necellariam, quia superven-
iens paupertas videtur dare jus recedendi
absolutè, &c.

12. Tertium. Quid si alter ex Sponsis ex-

inopinato valde locuples fiat, poteritne justè
ab altero recedere, & Matrimonio meliori se
addicere?

13. Respondeo Sanchez, quem sequitur
Castropalao. f citans Coninck, & Guttieres, fCastrop.
quibus adde Aversam, g non posse; Probat c. nu. 3.
Prindò, à posteriori, quia sic, quoties dote g Aver.
notabiliter majore Matrimonium inveniret lo. a.
alter ex Sponsis, alterum deserere posset,
tunc enim jam locuples censetur esse factus.
Secundò, à priore, quia, si Sponsa tua dete-
rior non est facta, iniquum est suo jure illam
privare, solum ob bonæ fortunæ mutatio-
nem in te factam.

14. Prædictam sententiam sic impugnat
Gaspar Hurtadus. Hanc Sanchez, & Coninck h G. Hen.
sententiam difficultem existimamus, quia dicta h. 2. de
mutatio est ita notabilis, ut ex se efficiat impletio matr. d.
nem notabiliter gravem, Sponsa factò ditione, & 14. nu. 3.
à principio existens, etiam prudentem à sponsalib.
bus traheret. Hæc Hurtadus, cuius argumen-
to Castropalus, i qui prædictam Sanchez i Cestrop.
sententiam amplectitur, respondere conatus, lo. c.
dicens: effici quidem impletionem sponsa-
lium notabiliter gravorem, duriore inque,
sed non per se, at solum per accidens, eo quod
Sponius impeditur ab aliis ditionibus spon-
salibus, quæ posse invenire, id, quod ait nihil
hil probat, propter argumentum modo a pos-
teriori factum, quia scilicet, sic, quilibet
Sponsus posset semper Sponsam deserte,
quoties notabiliter ditius Matrimonium ei
offerretur.

15. Circa has sententias interponat judi-
cium me sapientior; quod si Leandrum k le. k Leand.
quite juvat, invenies apud ipsum, utramque tr. 9. de
sententiam esse probabilem.

matr. d. 2.

§. IX.

*Prædictæ causa existentes ante sponsalia.
sed postea cognite.*

1. **R**egula Universalis. Hæc pari modo
sponsalia, etiam jurata, infirmant, ac si
de nova advenirent. Ita Sanch. Pont. Bonac.
& alii innumeri apud Aversam. 1. Ratio est, 1 Aver.
quia pro eo, qui antea illas ignoraverat, vi- 8. de po.
dentur dictæ causæ tunc supervenire, quan- sec. 15. P.
do sciuntur.

2. Id autem intellige. Primò, de prædictis samem
causis, quæ sint qualitates, si enim fuissent de
substan-

Dicimus